



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Regvlarvm Vtrivsque Ivris Cvm Ampliationibvs Ac Limitationibvs**

**Dueñas, Pedro**

**Venetiis, 1566**

Regvla CLXXIX.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63232](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63232)

alias obtinui in quodam casu Mestrix sequuto in fauorem  
f. d. Iacobi a Capello contra quandam mulierem de Bar-  
delinus 1564.

- 4 Fallit etiam ubi præcessit tractatus de nuptiis, & ma-  
trimonio celebrando, quia raptus non est punibilis. se-  
cundum opin. coll. Pisani, in consi. 104. ad sit uol. 1. consi.  
crimin. all. Ant. de But. in c. penult. de rapto in 1. & 1j. not.  
& Io. de Anna. & Abb. Corn. consi. 80. num. c. & d. uol. 2.  
Abb. in c. ex parte nu. 24. & 28. de restit. spol. Dec. consi.  
234. in effectu nu. 8. Marf. in l. unica. nu. 302. C. de rapt.  
Sp. consi. 5. nu. 1. uol. 3.

### REGVLA CLXXIX.

- 1 Renunciare non uidetur, iuri sibi competenti, qui ius  
suum ignorat. l. nemo fraudare. ff. de reg. iur. & ibi Deci.  
Anch. consi. 128. ad fin. quod not. Din. in l. scienti. de re. iu.

1 Amplia. ut qui renunciat omni iure quod habet uel ha-  
bere sperat intelligitur de spe subsistente ex causa de præ-  
senti, & non de ea quæ oriri posset de futuro, secundum  
Bar. in l. post emancipationem. ff. de lib. leg. & l. si uxor. §.  
diuus. ff. de adult. Felin. in c. si diligenti. col. ult. uersi. 10.  
fallit de foro compet. & doct. omnes in l. si quis in con-  
scrib. C. de pact.

- 1 Fallit quando in renunciatione diceretur, renunciauit  
omni iure sibi competenti tam de præsentis, quam de fu-  
turo, ut Abb. in c. ex multiplici de decimis. Bar. Bal. & Sa-  
ly. in l. hæredum in princ. ff. mandat. & ideo qui renunciat  
debet esse circumspectus, ne effuso sermone obloquatur,  
ne incidat in periculum.

2 Fallit in renuncia legitimæ, seu supplementi legitimæ,  
quia licet quis renunciat omni iure suo, non tamen se ex-  
tendit ad legitimam nisi de ea sit facta specifica & nomi-  
nata renunciatio, secundum Boe. in q. 3. nu. 9. qui all. tex.  
in l. si quando. §. & generaliter. C. de inoff. testa. & l. om-  
nes. in uersi. specialiter & nominatim. ff. de perscrip. anno.

30. & ibi Bal. & Ang. Rom. confi. 277. Oldra. confi. 132.  
Zabar. confi. 60. col. 2. in fine, & confi. 97. Barba. confi. 55.  
col. i. uol. 2.

3 Fallit hæc regula cum de fraude agatur. secundum Bal.  
in c. i. col. 2. uerfi. sed nunquid de plus petit. l. cum qui  
persuaserit. ff. de dolo.

4 Fallit etiam in dolosa persuasione. ut l. i. §. persuadere  
ff. de seru. corrupt. nam ex consilio fraudulento homo effi-  
citur deterior, & ob id sollicitando, instigando, & persua-  
dendo si homo redditur deterior. Tunc consulens, &  
persuadens tenetur de malo confi. ut l. consilii. ff. de reg.  
iur. Bal. in l. motum in fine. C. quod met. causa.

### R E G U L A C L X X X .

1 Rustici tenentur deferre, decimas & primicias sacer-  
dotibus in suis horeis. ut est glo. not. in uerfi. in horea. c. 10.  
uerimini. 16. q. 1. & c. decimas, quas in usum. in uerfi. in  
horeum. 16. q. 7. & Ias. in l. 2. nu. 92. C. de iur. emphit.

2 Fallit nisi consuetudo loci aliter se haberet pro; ut est  
Paduæ, Tar. ac Veronæ, in quibus locis blada in campa-  
neis solui & exigi debent secundum statuta locorum, pro  
ut Bar. in l. suo uictu. ff. de oper. liber. Petr. de Vbald. in  
tract. de duobus frat. in 6. q. 15.

3 Fallit 2. quando decimæ seu primitiæ solui debent cle-  
ricis in certa & limitata specie, quia ibi tradi & solui de-  
bent ubi res est. Ita tex. in l. sed & si susceperit in §. si ea  
res. ff. de iuditiis.

3 Fallit 3. quando testator expressè disposuisset in loco  
creditoris blada & fruges esse soluendas, seu certo alio  
loco, quia eo tunc uoluntas testatoris pro lege est obser-  
uanda. l. i. C. de sac. san. eccl. c. cum esses & seque. de testa.  
Alber. in l. 2. nu. 22. de iure emphit. & l. Item illa uerba in  
princ. & ibi glo. non uenit. ff. de const. pecu. Abb. in c. licet  
il primo nu. 13. de simon.

4 Fallit etiam quando debitum est obsequiosum, uel re-  
uerentiale. ut l. quod nisi. §. ex prouincia. ff. de oper. liber.  
& l. sed